

De figuris lapidum, &c.

Eius terræ Syriacæ color in albo ad roseum vergit perparum. modicè arenosa videtur gustanti, non aspera tamen: nec glutinosa vt aliæ argillæ. ab altera parte Crucifixi imago est.

In môtibus apud nos, Vocetio præsertim, & viciniore nobis Albio, argillæ genus cinereum & duriusculum, vt lapidescat fermè, reperitur, quod aliqui vulgò Hepatiten lapidem (*Λάβερstein*) à mollitie puto, nominant: alij *Mergel* quasi margam: eam & ad prototypas, sic vt formis eius cauis infundantur metalla, cum induruit: & ad ectypas imagines, cum adhuc mollis ipsa prototypis imprimitur, idoneam esse audio. Græcè *λιθάργιλλος* dixerim, composito ex lapide & argilla vocabulo. Nonnullis in locis hoc argillæ genere agros etiam stercorari audio. *Entalium* quoq; officinis dictû, alijs *Amentum*, (est autè lapis albus, splendidus, totusq; fibris seu filamentis cõstat, Amianto cognatus & Alu-
mini